

*Margherita di Sinopoli dona alcuni
beni feudali al figlio Enrico Ruffo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Margherita di Sinopoli dona alcuni
beni feudali al figlio Enrico Ruffo*

1303-06-21

In nomine Domini Amen. Anno Incarnationem eiusdem millesimo trecentesimo tertio, vigesimo primo die, mensis iunii prime indictionis. Regnante Domino nostro Rege Federico tertio Dei gratia Excellentissimo Rege Sicilie, Ducatus Apulie et Principatus Capue, regnorum vero suorum anno octavo feliciter Amen.

Nos subscripti Iudices civitatis Messane Bartholomaeus de Gregorio Regius publicus eiusdem Civitate Notarius, et testes subscripti ad hoc specialiter vocati, et rogati, presenti scripto publico notum facimus. et testamur, quod cum nobis vir Dominus Henricus Ruffus de Sinopolo miles, filius nobilis mulieris domine Margarite de Sinopolo, uxoris quondam Domini Fulconis Ruffi Primogeniti, dicti domini Henrici peteret a nobili muliere Domina Chara uxore quondam Domini Ioannis Guerai militis et nunc uxore Ioannis de Logarra, et a Federico et Ioannino filios, et Heredibus quondam Domini Rainaldus Guerai militis, filii et Heredis dicti quondam Domini Ioannis Guerai civitate Messane iure cessio, ex causa donationis eidem Domino Henrico a predicta Domina Margarite matre sua, cum omnibus bonis suis, et iuribus, et actionibus eidem Domine Margarite competentibus, et que praedictae Domina Margarita nuper habebat in Sicilie, et quibusdam [***] causa donationis facta eidem Domino Henrico a predicta Domina Margarita donatrice constat per quoddam donationis publicum instrumentum subscriptum me predicto, Iudicis et Notariis, et aliorum testium et roboratum sigillo noto et consueto eiusdem domine Margarite et sigillo iudicis qui predictae donationi, seu cessioni predictorum bonorum interfuit prout continetur in ipso scripto, seu instrumento inferius proponendo,

nostra auctoritate de verbo ad verbum nihil abraso, vel suspecto, in eorum scriptura invento. Predictus Dominus Henricus et nos predictos Iudices et Notarius tamquam in suos propria, cum ex certa scientia sciret suos, omni nos non esse Iudices et Notarius cuius, instrumenti tenor per omnia continentie subsequentis. Respectu ad uncias auri trecentos octuaginta duas in natura et res, quas predictus Dominus Henricus asserebat predictam Dominam Margaritam deposuisse predicto quondam Domino Ioanni Guerai et Domine Chare, tunc coniugibus, et adverso praedicta Domina Chara, cum auctoritate dicti Ioannis de Logarra nunc mariti sui, et Dominorum Fiderici et Ioannini, cum auctoritate ... Henrici Russi militis de Messana curator eorum predicta omnia, ex adverso ... eandem predictus Dominus Henricus iusiurandum obtulit predictae Domine Chare que iuravit si sciret aliquid de superscripti pecuniis, quod ipse Dominus Henricus stare valebat eidem Domine Chare iurandum mediante predictam Domina Chara, et Federicus, et Ioanninus a petitione praedicta, et eadem Domina Chara iuravit ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter tacto libro, quod nihil sciebat de omnibus supradictis, nec umquam ipsa per se, vel maritus suis recepisset de conscientia sua, eiusdem Domine Chara a predicta Domina Margarita aliquid ... et quod nesciebat predicta Domina Chara quod predicta Domina Margarita alia pecunia deposuisset de conscientis predicti quondam Ioannis Guerai, tunc mariti sui, confessa est ... predicta Domina Chara, quod predictus quondam Dominus Ioannis Guerai, tunc maritus suis redemit quasdam res inferius designatas a quibusdam creditoribus, que erant pignolata per eundem Dominum Henricum pro uncis auri quatragesima, prout in quamdam certum scriptum

manu fratris quondam Ioannis de la Panormo tunc Prioris Ordinis Fratrum Predicatorum Messane, sigillata sigillo eiusdem quondam Fratris Ioannis, qui fuerat confessor eiusdem quondam Domini Ioannis Guerai, prout idem Dominus quondam Ioannis Guerai in ultimis suis confessiones est, et asseruit esse predictas res predictorum Domine Margarite et domini Henrici de Sinopulo, et que parata erat, restituere res predictas predicto Domino Henrico restitutis scilicet prius a predicto domino Henrico unciis aliis quatráginta super ius notatis. Tandem pro bone pacis, et concordie ad infrascripta pacta convenerunt, tam praedictus dominus Henricus aucthore predictae cessionis ex una parte, quam predicta Domina Chara, cum auctoritate predicti Ioannis Guerai nunc mariti sui, et predicti Federicus et Ioanninus, cum auctoritatem suorum curatorum convenerunt quod predicta Domina Chara et predicti Federicus et Ioanninus, cum auctoritate suorum mariti et curatorum eorum, restituerent eidem domino Henrico predictas res scriptas per predictum quondam Dominus Ioannes Guerai et remissis, et relaxatis predictis Unciis auri quadraginta per eandem Dominam Charam et predictus Fidericum et Ioanninum, eidem Domino Henrico, et quod predictus dominus Henricus renunciaret super omnibus et singulis debitis per predictam Dominam Margarita, vel eundem Dominum Henrico a predicto quondam Domino Ioanni Guarai et Domina Chara tunc coniugibus, ex scripto contractu vel causa bonae fidei, vel pretextu iuris usque in hodiernum die et predicta domina Chara et predicti Fidericus et Ioanninus, cum auctoritate dictorum mariti, et curatorum eorum se obligaverunt restituere et assignare eidem domino Henrico, presentialiter recepturo, omnes res predictas

inferius designatas, renuncians sponte eidem Domino Henrico, ex causa predicta, predictas Uncias auri quatradinginta ex causa preducta absolventes predictum Dominum Henricum et bona sua omnia a prestantia predictarum Unciarum auri quatradinginta, renunciantes etiam omnes actiones et rationes reales et personales utiles eidem Domine Chara, et Fiderico, et Ioannino predictis absolvendo et liberando predictam Domina Chara et predictum Fidericum et Ioanninum a petitione predicta sicut fuit scriptum per predictum quondam Dominum Ioannem Guerai, predictae Domine Margarithae et propterea Domina Chara, et Federicum, et Ioanninum predictos successores dicti quondam Domino Ioannis absolvere, et bona eorum omnia, et iuribus scriptis, et non scriptis, auxiliis legum, et omnibus que valere, vel iuvare possunt, et iterum super omnibus observandis tacto corporaliter libro uno iuravit ad Sancta Dei Evangelia. Res vero sunt hec, videlicet Cuppe due de de argento deaurato et candalabra duo, et incisori de argento quatuor, et statue de argento deaurato due masculinae, et due feminine, copertorium unum de samutu fulvo, copertorium aliud de panno misto cum extremitatibus de tabi, copertorium aliud de panno murio, corona una de seta cum incipitulis de auro, pallium unum de auro, conopeum de seta infoderatum de auro, cussinorum, coclearia duo de argento deaurato.

Unde ad futuram memoriam et cauthelam facta sunt inde duo publica consimilia instrumenta, unius rationis unum tenoris presentis, et alterum huic consimile per manus mei praesenti Notarii Bartholomei stipulantis in civitate Messane anno, mense, die et inditione praemissis. Ad

sunt subscriptiones Iudicum, et Notarii, nec non novem
testium